Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



illi. et altaria. et precepit inde. et ierem
dicens. Coram altari uno adorabi
tis. et in eo conburetis incensum.
An ignoratis que ego ipse fecerim.
et pres mei cunctis terrarum. nun
quid prualuerunt dii gentium. omnium que
terrarum liberare regionem suam de manu
mea. quis e omnibus diis gentium.
qui liberauerunt patres mei. qui potuit
eruere populum suum de manu mea.
ut possit etiam deus uester eripere nos
de manu mea. non uos igitur deceptiones
ezechias. nec uana persuasione de lu
dat. nec credatis ei. si enim nullus
potuit deus cunctarum gentium. atque
regnorum liberare populum suum de manu
mea. et de manu patrum meorum. quomodo
nec dis uestris potest eripere nos de manu
mea. Hec et alia multa locuti sunt
serui eius contra dominum deum. et contra
ezechiam seruum eius. Epistolas quoque
scripsit plenas blasphemiae in dominum
deum israel. et locutus adversus eum. Siquid
dii gentium certarum non potuerunt liberare
populum suum de manu mea. sic et dis
ezechiae eripere non potest populum suum de
manu ista. Insuper et clamore magno
lingua iudaica contra populum qui
sedebat in muris hierusalem personabat.
ut terreret eos. et caperet ciuitatem. Locu
tusque est contra dominum deum israel.
ficut aduersum deos populorum terrarum. opera
manuum hominum. Orauerunt igitur eze
chias rex. et isaias filius amos
prophetes. aduersum haec blasphemantes.
ac uociferati sunt usque in celum. Et misit
dominus angelum suum. qui peruasit
omnes uirum robustum. et bellatorem
et principem exercitus regis assyrio
rum. Reuersusque cum ignominia in
terram suam. Cumque ingressus esset domum
dei sui. filii qui egressi fuerant de utero
eius. interfecerunt eum gladio. Saluauit
igitur dominus ezechiam. et habitatores
hierusalem. de manu sennacherib re
gis assiriorum. et de manu omnium. et
praestitit eis quietem parietum. Multi
etiam deferebant hostias. et sacrificia do
mino in hierusalem. et munera ezechie re
gi iuda. qui exaltatus est post hec
coram cunctis gentibus. In diebus illis e
grotauit ezechias usque ad mortem.
et orauit dominum. et exaudiuit eum.
et dedit ei signum. si non iuxta bene
ficia quae accepit retribuit. quia e
leuatum est cor eius. et facta est contra
eum ira. et contra iudam. ac hierusalem. Hu
miliatusque est postea. eo quod exaltatum
fuisset cor eius. tam ipse quam habitatores
hierusalem. et idcirco non uenit super eos
ira domini in diebus ezechie. Fuit autem
ezechias diues et inclitus nimis. et
thesauros plurimos sibi congregauit.
argenti. et auri. et lapidis pretiosi. et
aromatum. et armorum omnium generis.
et uasorum magni pretii. Apothecas quoque
frumenti. uini. et olei. et praesepia omnium
uiuentorum. et stabula quoque pecoribus. et
urbes fecit edificauit. Habebat quippe
greges ouium et armentorum innumerabiles. eo
quod dedisset ei dominus substantiam multa
nimis. Ipse est ezechias. qui obstruxit
superiorem fontem aquae gyon. et
auertit eas subter ad occidentem urbis
dauid. In omnibus operibus suis fecit. quae
ipse quae uoluit. Attamen in legatione
principum babylonis. qui missi fue
rant ad eum. ut interrogarent de por
tento. quod accidit super terram. deliquit
eum dominus. ut temptaret eum. et no
ta faceret omnia. quae erant in corde
eius. Reliqua autem sermonum ezechie.
et misericordiae eius scripta sunt in uisione
isaiae filii amos prophetae. et in libro re
gum iuda et israel. Dormiuitque eze
chias cum patribus suis. et sepelierunt
eum super sepulchra filiorum dauid. et
celebrauit eum exercitus omnis iuda
et omnes habitatores hierusalem. Regnauitque manasses filius eius pro.

XXXIII.